



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Exempla, Divinæ Iræ, Per Opera Poenitentiae, Nobis Leniendæ**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§.4. Ex huius tragœdia miseria, belli exitium posse æstimari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52193)



elicere jure debebant, ad ſtipites alligata viuen-  
tes, ac fruſtra fidem Dei hominumq; ſtebiliter  
implorantes, ſubiecto igne cremata ſunt. Alberi-  
tus ultimus, cui tam dirum ſpectaculum morte  
ipſa acerbius atque atrocius fuerat, poſtquam  
peccata ſua ritè confeſſus eſt, ipſo, ne loqui poſſet,  
ore occluſo, pedibus ad equi caudam alligatis per  
tota caſtra ſic tractus eſt, ut unusquisq; forcipi-  
bus bolum ex carnibus eius excerpſerit. Qua-  
re probris ac tormentis ad ſatietatem inimico-  
rum affectus, cùm jam hominis ſpeciem atque  
habitum exuiſſet, expirauit. Vi autem cadaue-  
ra filiorum per caſtra populi cuiuſq; diuiſa; ſic  
patris reliquia lupis ceterisq; feris deuoranda  
obiecta ſunt, ac dirum in primis humana condi-  
tionis exemplum, omnibus diuinam juſtitiam  
intuentibus præbuerunt. Hac X. Kal. Septem-  
bris geſta ſunt Anno 1200. Poſtridie tumultu po-  
pulari concito, caſtrum S. Zenonis euerſum,  
atq; inde Romanum quoque ſolo equatum. Hic  
fuit exitus potentiffime à Romano familia.

Audiuiſtis tragœdiam? Hoc vnum vni-  
us familiae malum fuit. Similia complura  
bellum illud Italiae peperit, cuius infelices  
fructus, ſuprà tantùm in genere recensui;  
nunc vel hoc exemplum particulare libuit  
addere, ut ex vogue leonem cognoſceretis.



36 *Cap. II. Icilini, & Alberici exemplo.*

An placet bellum? an bellum bellum est?  
An non ad tam atrociam mala auertenda  
grandem causam habuerunt Itali, ut per  
tot oppida & ciuitates, ac prouincias, cir-  
cuirent, Dei misericordiam; B. Deiparae pa-  
trocinium, magnis vocibus implorarent? se-  
que ipsos tam acerbis verberationibus casti-  
garent, atque peccata sua confitenda dilu-  
endaque tot lachrymis censerent? Habue-  
runt utique sicut & nos, quibus eadem pos-  
sunt contingere, & grauiora, quidquid  
enim vni euenit, potest euenire & alteri.  
Sed ne quis Deum iniustum, aut crudelem  
esse arbitretur, qui talia permittat, nemo  
putet talia permitti sine iustissima causa.  
*Nonne duo passeressesse vaneunt: & vnus ex  
illis non cadet super terram sine patre vestro?  
Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.*  
Multis passeribus meliores sunt homines,  
quantò ergo minùs illis tam crudelia infe-  
rentur, inscio, aut non permittente, vel  
immittente Deo? Audite igitur, quomodo  
se gesserit Albericus, aut qualis fuerit Icili-  
nus, & postea iudicate, cur illis tam atrociam  
mala sint immissa.

Matth.  
30. 29.

V.  
ALBERICI  
CRUDELI-  
TAS.

Albericus Taruisinos diuturna tyrannide  
afflixerat, fulius auctoritate & potentia  
fratris